UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

XVII. Des Stadtsecretair Johann Oldendorfs Aufzeichnung der Pflichten, Verhältnisse und Einnahmen des Rathes zu Neuruppin, nebst einem Zolltarif, vom Jahre 1362.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54407

Visual Library

prudentiorum noſtre civitatis conſilio et conſenſu, dilectis noſtris civibus Fratribus ghilde Sutorum concordavimus in hunc modum, Quod tum ipſorum ac totius noſtre civitatis uſibus ſemper fideliter intendere teneamur. Ad commodum igitur eorundem ſutorum et ipſius civitatis noſtre profectum, domum unam in antiquo foro conſtruere decrevimus, quam et conſtruximus, in qua ſtabunt ad vendendum calcios ſuos, quocies fuerit oportunum: proinde et eciam pro alia domo, qua utuntur ad idem in novo foro, quilibet calcifex dummodo proprium opus ſuum exerceat et quam diu dicta domus in antiquo foro durabit, quolibet tempore nundinarum pro ſuo loco dabit XVIII. denarios brandenburgenſes civitati, hoc eſt annuatim tres ſolidos de qualibet perſona ghilde fratrum, opus proprium exercente. Hanc domum Conſules meliorabunt quotiens indigebit, et ſi domus iſta corrueret et annichilaretur ita, quod ſutores in ea ſtandi commodum non haberent, quod abſit, tunc ipſi dare deberent cenſum prius ſolitum, videlicet quelibet perſona XV den. annuatim, quousque reedificata domus eſſet et parata. Preterea concedimus eisdem ſutoribus et favemus, quod nemini extrinſecus venienti liceat emere cutes ſeu pelles crudas et hirſutas venales in locis infra ſcriptis, videlicet in antiquo foro ab angulari caſa peneſticorum, in qua nunc moratur Johannes Wuye, usque ad domum Johannis Gush et in latitudine uſque quo finiuntur viales medie civitatis et in eisdem vialibus venales. In novo quoque foro a domo Johannis Gotberch uſque ad fontem prope ſcampna piſcium et in latitudine quicquid inter ipſa ſcampna usque ad domum Gotberge directe continetur. Inſuper ne quis civium pro denariis hospitum ſeu aliunde venientium ad uſus ipſorum hospitum ullas cutes ſeu pelles hujusmodi emat per vallacionem civitatis prohibemus. Preterea ſciendum quod cum hec ordinatio ſponte ſit facta inter nos et ipſos, nihilominus tamen omnem libertatem tam de jure quam de conſuetudine prius habitam obtinebunt, potius hanc ipſis augere quam minuere cupientes. In cujus certitudinem et permanentiam perpetuam preſentem dedimus eis literam, noſtre civitatis autentico roboratam. Anno Domini MCCCLX.

Nach Bratring's handſchr. Urkundenſammlung und Kampe's Mittheilungen.

XVII. Des Stadtſecretair Johann Oldendorfs Aufzeichnung der Pflichten, Verhältniſſe und Einnahmen des Rathes zu Neuruppin, nebſt einem Zolltarif, vom Jahre 1362.

Incipit prothocollum, quo regiſtratur civitas Ruppyn, et oſtenditur hic, quid ſit curandum in Conſilio Conſulum. Anno Domini MCCCLX. ſecundo, in octava epyphanie, ejusdem Conſules in Ruppyn, electi in feſto ſancti Johannis baptiſte precedenti, fuerunt videlicet Henninghus Gotberch, Arnoldus Bardeleve, Albertus de Aken, Lentze Knokenhower, Wichmann Glude et Johannes Appelmann, preſens prothocollum ſcribi juſſerunt, Quod Inchoatum eſt per manum Johannis Oldendorp, tunc Notarii predicte Ruppyn, anno officii ſui XXIII.

Actus Conſilii.

Hic regiſtrantur actus conſilii, videlicet quis cenſus ſit ſuo tempore colligendus. De Feſto Paſche unum nota', quod omni feſto paſche carnifices tenentur dare duo talenta preter I ſolidum, quem magiſtri reſervant pro eo, qui cenſum hunc extorquet. Item Fartores pro quolibet carnifice, cui mactant, dant XV denarios et totidem tenentur omni quartali. Item quilibet peneſticus in ſummis caſis reſidens quolibet quartali dat I fertonem argenti. — Item quelibet caſa in novo foro, annexa theatro, quolibet quartali dat II ſolidos, in omnibus quartalibus. Item quilibet aſſator quolibet quartali dat

I talentum. Item Judei de ſynagoga et domo annexa quolibet quartali dant ½ Marc argenti*) et in hoc feſto paſche ſpecialiter tenentur dare XII ſolidos. Item quando Judeus aliquis recipitur ad concivium dat I fertonem argenti et cum hoc unam ſexagenam cyricum (vulgariter neghen oghen), vel dabit pro hys unam ſcopam vini ad minus valentem II ſolidos.

Quid monendum ſit in termino St. Johannis: Termino Johannis textores dant unum talentum, item Piſtores dant unum talentum. In thelonio civitas habet duo talenta (quolibet quartali) item carnifices duo talenta dare tenentur, item Fartores, Peneſtici et Aſſatores et Judei dant ut ſupra et ager ſimiliter.

In feſto Michaelis iſti dant: Termino Michahelis ortus Renzekow dat ½ marcam argenti annue penſionis, item thelonarius II talenta reddit. Carnifices, Fartores, Peneſtici, Aſſatores, ager et Judei dant ut ſupra. Non perpetuum. Et notandum quod eodem termino tenetur thelonarius VIII talenta, quibus comparande ſunt V Marce argenti dande in Wiztoc annuatim pro dominis comitibus. —

Hic inferius oſtenditur, quid Conſules exigere debent temporibus nundinarum. Terminis nundinarum dant pellifices quolibet termino X ſolidos, hoc eſt annuatim unum talentum. Item eisdem terminis denarios locales tenentur dare panicide, qui colunt officium inciſionis, quilibet eorum quolibet termino dat II ſolidos. Hoc ſunt annuatim IIII ſolidi daturi denarii locales. Item quilibet inſtitor dives dat totidem, ſed pauperes dant ſecundum graciam Conſulum II ſol., prout ſua — — ſe extendit, et intelligitur hoc tam de hoſpitibus et advenis quam incolis. Item quilibet cultellifex quolibet termino dat VI denarios, quilibet aurifaber II denarios: et intelligitur de omnibus ſtantibus in theatro et quorum terga reſpectum habent verſus theatra. Item in eisdem terminis tenentur ſutores dare cenſum. Item quod quilibet ſutor, proprios calcios faciens, qui nec ſeruit alteri, quolibet termino dat XVIII denarios. Hec ſunt annuatim de qualibet perſona III ſolidi. Raſores pannorum quilibet VI den.

In feſto nativitatis Chriſti: Termino nativitatis chriſti Textores dant I talentum item Piſtores eodem termino dant I talentum, item Carnifices dant III talenta minus — ſolidis. Item thelonarius dat II talenta. Item Fartores, Peneſtici, Aſſatores, Judei et ager civitatis dant ut prius.

De concivio acquirendo. Quicunque vult adipiſci concivium, ſi eſt bone fame, dat III ſolidos cum II denariis, et ſibi mandatur equitas et prohibetur iniquitas, et ut deponat priores exceſſus. Colentes agrum civitatis non debent agrum pejorare. Sepes facere debent de lignis circumſtantibus. Interim quando fruges ſunt in agro, nulla pecora debent ibi paſci: frugibus reſecatis et abductis, erunt ibi paſcua congrua.

Hic oſtenditur quid cedit civitati termino Martini: Termino ſancti Martini thelonarius dare tenetur X ſolid., de libra eodem termino. Item Pratum inter aggerem Bellyn et villam Langen jacens ſolvit annuatim duo talenta. Item ortus prope antiquam Ruppyn dat I ſolidum annuatim. Item Curia illorum de Ronnebeke dat unum talentum annuatim pro exactionibus et vigiliis Eodem termino. Item omnis cenſus ortorum tunc etiam ſolvitur qui eſt: iſte ortus ſancti Judoci ſiue qui pertinet ad altare ſancti Martini dat civitati XI ſolidos cenſus annuatim, et quando exactio datur, tunc idem ortus dat XXIIII ſolidos. Item ſanctus Georgius dat IIII ſolidos cum II denariis cenſus In eodem Termino. Item ortus Renzekow dat II ſolidos, item Henningus de Dechte II ſolidos, it. Johann Wedegonis IX denar., Johann Deghenhart III denar., it. idem II denar. de Caſis prope Blidenhof, Johann Ven IX den., Evert Cerdo XXI den., relicta Ciſridi III den., Arnoldus de Werder III den., Henningus Gotberch XVIII den. Pueri Buffonis Quaſt VI denar., de orto Trippenen, it. II den.

*) Eine ſpätere Hand hatte den Zuſatz gemacht: Jam mutatum eſt in florenum.

item Ɨ den., Johann Wuye III den., ager Guyteſtorp VI den. Curia Fartorum IIII ſol. quorum II ſolid. dat Wichman Glude et alios II ſol. dat Johann Vilitz. Mater uxoris Duſeken I fertonem. Nycolaus de Wuſterhuſen II ſolid., Johann Gherhard III ſol. de area prope cimiterio hoſpitalis Sancti Spiritus. Ager retro ſanctum Georgium XXVII denar., Michil Nykamer I ſolid. de orto, qui fuit ſpiritui ſancto, Nycolaus Molner I ſolid. de alio orto, qui fuit ſpiritui ſancto, que jacent ante valvam Bechelin, quem proviſores Spiritus ſancti eis reſignarunt, Nycolaus Walſleve V ſolid. de orto.

Dit is dy tol tu Reppyn.

Primo de Equo. Eyn gaſt dy eyn pert verkopht edder kopht dy geſt II penninge. Wyſſelen dy gheſte, malk gheſt IIII penninge. De bove et vacca. Van eynen oſſen edder eyner ku I penning, wiſſelen ſy, malk II penninge. De Porco. Van eynen Swyne I penning. De Ove. Van eynen Scape byderſit Ɨ den. De Capra. van eyner tzeghe Ɨ den. De Capro. van eynem bucke I penning. De agno et de hedo. Wy met lemmern edder met hukenen kopht eynen Schillings Ɨ den., kopht hy myn, hie tolt nicht. De Cute bovis. van der oſſenhut I penning. De cute equi. van der perdes hut I penning. De cute bubali et magnorum aliorum. van der weſent hut I penning. vort van allen groten dyren, wilt edder tham, van der hut I penning. De parvis animalibus. van den huden kleyner dir van den Schillinge Ɨ den., gelden ſy myn, hie tolt nicht. De pellibus ovium. van den Scapes huden, van den Schillinge Ɨ denar. De lana. van thyt wulle van den Schillinge Ɨ den. van herweſtſcher wulle van den Schill. Ɨ den. van den ſtene wullen Ɨ penning. like deſſen tolle ſchal me geven van lamwulle van den Schill. Ɨ den. van den ſtene Ɨ penning. De ſtamine. van den ſten warpes I penning. Wy warp edder lynen laken gheſt umme wullenwant, tol ſchal hy gheven like, uphte hy dat warp edder lynwant umme rede ghelt ghewe. De lineo panno. van vir edder vif ellen lynwandes tolt me nicht, van ſeſsen Ɨ den., van teynen Ɨ den., van twelven I penning, van drutteyn unde vort up tu tellende I penning. De antiquis veſtibus. lik tol is van dy olde kleder verkopen. van eynen olden klede van den Schill. Ɨ den., gelt dat klet mer I penning. De pallio ſeu mantello. van eynen mantele II pennige. De fotro, van eynen vudere I penn. De duplici veſte, van eynen twyvaldeghen hoyken Ɨ den. De lecto. van eynen bedde IIII penninge. De pulvinari, van eynen pole II penn. De Kuſſino, van eynen Küſſene I pennig. De Melle, van den emmer honghes IIII penn. Honech verkopht ſunder emmer van den Schill. Ɨ den. De Cera, van den ſtene waſses IIII penn., ſunder waghe van den Schill. Ɨ den. De Sepo, van eynen ſtene talghes I penning, ſunder waghe van den Schill. Ɨ den. De Sagimine, van den ſmere is ſodan tol. De perna et latere carnium, van den baken I penn., van der vlieken Ɨ den. De fructibus arborum, van den waghenen dy ovet drecht II penn. De locis inſtitorum. kremere ſtede unghedackt IIII penn., dy bedackte VI penn. De allecibus. van der laſt heringes IIII penn., van der meſe I penn. De locis aſſatorum, Garbreder van der ſtede II penn. De locis ſutorum, dy Schumeker van der ſtede II penn. De Cultellificibus et his meſce, Scheren, Sekelen, hanzſchen, hude van der ſtede in den Jaremarkede II penninge, in der weke I penn. De vendentibus ferrum, dy yſermenger alle markedaghe II penn. De ſartagine et lebete van der panne IIII penn. van den Scapene van den Schill. Ɨ den., ghelt hy mer I penn. De gladiatoribus et pellificibus, dy ſwertfegher in den jaremarkede II penn. In der weke gheſt hie nicht. Lik tol is van den Korſenwrechtere. De Caldariis et ollis, van den groten ketele I penn., van den lütteken Ɨ den. Lik tol is van den eren gropen De coopertorio lecti et de culcita. van der beddesbure I penn., van der kolten ghelt ſye drie Schillinge uphte mer II penn. ghelt ſie myn I penn. De lutifigulis. Dy groper in den jarmarkede II penn. in der weken I penn. De Concambio. van welken dinge wiſſelinge wert, dar gheſt me twyvaldeghen tol af. De mercatore, eyn

kopman, ſteyt he up den kophuſe, van den waghene II penn., ſteyt hie daraf, hie gheft VI penn. De empcione currus. wy eynen waghen kopt I penn. De alveis et capiſtris. van broghen unde van molden van den waghene II penninge. De Scultellis. tu allen thyden van den Scotelen I penn. De Sale. van den ſoltwaghen I Schepel ſoltes. De curru cum annona, van den waghene dy korn upfart II penn. De braſio et in curru et in nave, van den wyſpel moltes II penn. van eynen Schepe, dat eynen wiſpel moltes utfurt, II penn., is et myn I penn. It. de nave ok dat ſchep dat allerleye korn furt, van den wiſpel I penn., is es mer II penn. De curru tranſiente et de equis. van den waghene, dy hir dor gheyt, van ysliken perde I penn. De equo non ſellato eyn pert ungheſadelt unde leddich I penn., wy dor dy ſtad rit dy tolt nicht. Deſſen vorbeſchreven tol gheven gheſte dy door unſer heren lant tyn unde wandern, ſunder papen, riddere unde unſer heren man unde underſaten. vort wy dy burſcap wynnet unde by jar und daghe hir in tüt neinen tol ſchal hie gheven, en toghet hie nicht hir In, den tol heft ny verſtolen unde verſeten. De ſuppellectilibus, ock van burade geſt me III Schillinge. De exeuntibus terram. ock eyn borgher, dy vert ut unſer ſtad in eynes anderen heren lant, tol ſchal hie geven, beholt hy dy burſcap jar unde dach, ſo tolt hie nicht. De emptura piſcium, Wy viſche van unſer heren watere kopht unde dy vort verkopht van den Schillinge I penn.: vort wes dy viſchereye is van dên punde I Schilling, is es myn wen eyn punt, ſo gheſt hy dat redelik is. De ſalſis piſcibus et de alienis aquis inductis, van den waghenen dy ſoltene viſche hir inbrengen XVI penn. Wy van vremden wateren viſche hir verkopht, van den punde I Schilling, ys ës myn wen eyn punt, ſo gheſt hie dat redelik is. Kopht vort eyn ander deſſe viſche unde vurt die ut der ſtat XVI penn. De aſino, van den eſele XXX pennige. De mortuo Judeo, van eynen vromden doden Joden XXX penn., untfurt hie den tol, ſo ſcal hie geven XXX guldene penninge. De integro panno, eyn kopman van eynen gantzen lakene unde dy dat kopht I penn. Nota. Ock wy an eyner ſtede tolt, dy ſcol veylych tyn dor unſer herren lant.

De Electione conſulum et quando ſolent eligi et quomodo ſe regant et civitati proſint.

Notandum quod ſingulis annis, feria tertia poſt feſtum ſancti Johannis baptiſte, ſolent eligi novi Conſules in Ruppyn, qui per annum regunt civitatem. Iſti debent interim quod preſunt conſilio eſſe liberi a vigiliis et a cuſtodiis valvarum, et dimidiam debent dare exactionem. Item debent uti his prerogativis: quod quotiens vinum venale erit hoc conſules examinare tenentur, et vinitor conſulibus et notario civitatis largas epulas procurabit, et de integra cupa habebunt conſules II ſcopas pro ſuis perſonis, una ſcopa dicitur kanne wyn et alia ſettewyn. pro occupatione vero cellari, kellerlaghe dicta vulgariter, uſui civitatis cedent VI ſolidi de integra cupa, et ſic de quolibet vaſe ſecundum quantitatem ejus habebunt conſules et ipſa civitas ſuas partes. Quando vinum taxatum eſt, quantum ſolvere debeat, tunc notarius civitatis vas ſignabit, ne vinum mixtura corrumpat. Vino exhauſto notarius temptet, ſi ſignum quod impoſuit ſit integrum an corruptum, et hoc conſulibus ſi neceſſe fuit intimabit, et conſules, ſi opportunitas exigit, circa hoc facient, quod jus decet. Inferius hoc patebit. Preterea ſi vinitor indiget, tunc conſules tenentur omni tempore ſibi concedere aliquem de familia civitatis, qui vinitori protinus ordinet a civibus, qui ſibi pro vino ſunt obligandi: vinitor quoque poteſt hec pignora ſine juris ſtrepitu pro ſuis debitis in civitate reppyn obligare, quo facto debet illud immediate debitoribus intimare. It. Conſulibus ceditur quicquid datur pro concivio, tam de Judeis quam a Chriſtianis, a principio usque ad finem electionis. It. eis cedit fructus reſignationis eorum, que in conſiſtorio reſignantur et que ibidem obligantur et redimuntur, puta macella carnificum; caſe peneſticorum, orti qui dant cen-

ſum civitati et quecunque ſubjacent juri civitatis. Et ſi conſules ſedentes in conſiſtorio aliquem concivem ad ſe vocari fecerint, qui ſic vocatus tribus vicibus venire contempſerit, V ſol. vadiabit, niſi excuſatione legitima potuerit ſe tueri: hos denarios eciam conſules habebunt in ſubſidium ad eorum exactionem, ſicut alios fructus ſuperius annotatos.

Qualiter conſulis jura. Qui primo eligitur ad conſilium jurat, quod velit conſulere quod novit eſſe juſtum unicuique et utile civitati, et equaliter omnibus, timore poſtpoſito cujuslibet ac favore. Qui vero ſepius eligitur, ſufficit ut requiratur per prius preſtitum juramentum.

De Electione magiſtrorum unionum. Feria ſexta vel ad octo dies poſt feſtum Joannis baptiſte ſolent eligi magiſtri unionum et venire tenentur ad lobium non vocati, jurantes, velle ſervare quilibet jus ſue ghilde, prout de jure tenentur. Eodem termino conſules tenentur eligere duos ydoneos viros in magiſtros piscatorum, qui ſimiliter jurant ut predicti, et precipiunt conſules cuilibet eorum obſervanciam juramenti.

Hic oſtenditur qualiter quelibet ghilda ſit acquirenda. Quicunque et quotiens perſona ydonea ghildam quamcunque vult adipiſci talem magiſtri producent ad lobium, ibi conſules ei concedunt opus, recepta caucione pro eo, quod cedit civitati, quicunque hoc infregit XXXVI ſol. vadiabit. Hic oſtenditur quantum pannicide dant pro introitu. Ghildam pannicidarum acquirens dat I marcam et ſcriptori II den, et hoc ſi pater ejus ghildam non habuit; ſi vero pater ejus habuit et in ghilda eſt defunctus, dat notario I den. et civitati dimidiam partem. Hic oſtenditur quid dant textores acquirentes jus incidendi. Textor, qui ſit pannicida, dat civitati duo talenta et notario II den.; ſi ejus pater habuit jus incidendi et obiit in officio, dat dimidiam partem. Hic oſtenditur quantum quilibet Carnifex dat pro introitu. Quilibet Carnifex pro introitu dat II marcas civitati et notario II den. it. XIII den. pro reſignacione macelli. Quantum quilibet piſtor dat pro introitu ghilde. Piſtor, extra gildam natus, dat I marcam civitati et notario II den. quando ſibi opus datur. Sed natus in gilda dat dimidiam partem. Quid pellifices dant pro introitu. Pellifex extra ghildam natus dat civitati VI ſolidos, ſed cujus pater obiit in ghilda dat dimidiam partem et notario ſua jura. Qualiter ghilde ſint obſervande. Alia jura ghildarum et obſervancie earum et emende pro quibuslibet exceſſibus in alio libro civitatis requirentur.

Nach Bratring's handſchriftl. Urk.-Sammlung und Kampe's Mittheilungen.

XVIII. Heberolle des Ruthenzinſes von den Gebäuden der Stadt Neuruppin und Verzeichniß der Hausbeſitzer dieſer Stadt, vom Jahre 1365.

Reuerte folium et videbis cenſum domorum, arearum, granariorum et ſtructurarum et regiſtrum totius ciuitatis et ordinem ac tytulos platearum per ordinem.

Primo domus olim domini Johannis de Buck III den.

Hinricus lyreman IX den.

angularis. Nicolaus roſtuſcher de duabus curiis I ſolid.

Salta trans ſanctum ſpiritum usque murum.

domus Kannenberghe prope ſanctum ſpiritum VI den.

In renzekow.

domus Molendinarii et domus dni. Thiderici de lichtenberghe I ſolid.

tranſi

Euert cerdo V den.